

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

LOG Id: LOG_0175

LOG Titel: Caput Trigesimum Octavum. Pilosella Amboinica. - Agt en Dertigste Hoofdstuk. De Amboinsche Muize-oor

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

Pilosella Amboinica.

Hæc plantula aliquot rectos emittit caules una ex radice, spithamam vel pedem altos, sine lateralibus ramulis, illis folia adstant solitaria, plerumque erecta, pusilla, vix pollicem longa, ac sextam partem lata, densis canisque pilis hirta, quales & caules sunt, ita ut tota plantula pilosa sit, sed in caulibus longiores sunt pili, uti in *Pilosella Europæa*.

Ex alis superiorum foliolorum tenuis excrescit pedunculus, solitarium sustinens flosculum, qui videtur esse formatus ex unico petalo, quique extensus est & cœruleus. Radix tenuis est, intorta, & fibrillosa.

Altera ejus species est alba, a priore non diversa, nisi quod altior excrescat, ac foliola majora gerat, densis quoque pilis hirta, sed ejus flosculi albi sunt, ejusdemque formæ.

Nomen. Latine *Pilosella Amboinica*, cujus mentionem hic modo feci, quum incolis ignota sit, ob pulchram vero ejus formam præterire eam nolui.

Locus. In nudis crescit collibus, undique circa Castellum Victoriam, ubi solum est durum, gracile, & saxosum, ventoque, ac foliis rite expositum, & ubi raræ sunt aliæ plantæ, in hortis facile transplantari potest, sed semen ibi producere recusat.

Ufus ejus nullus huc usque mihi notus est.

N. B. Hujus plantulæ nullam inveni apud nostrum Auctorem Figuram.

CAPUT TRIGESIMUM NONUM.

Adnotatio in Rhabarbarum.

Lector non expectet hic descriptionem plantæ, quæ Rhabarbarum profert, quum illa in Amboina, ac forte in tota India sit ignota, solummodo hic puto ea addere, quæ ex Sinensium relatu edoctus fuerim de Rhabarbaro, de illo nempe, quod in Sina crescit, postea enim indicabitur, in multis obcurrere Borealis Asiæ locis.

Sinense Rheum itaque ipsis dicitur *Tay-bông*, apud Patrem Martinum in *Sinensi Atlante* pag. 44. *Tay-boang*, ac duplex est, primo verum Rhabarbarum montanum, quod servant in Sina, nec deferunt, secundo vulgare, quod in planis crescit locis, quodque in hortis colunt, ac peregrinis vendunt.

Primum sequenti comparatur modo. Provincia *Suchuen*, vulgo *Tschuan* dicta, est provincia montana, ac ferox, non tantum per terribiles inviosque montes & ingentes solitudines, sed præterea referta est Serpentibus, Tigridibus, & cunctis noxiis animalibus, ita ut homines istos frequentare montes nequeant, in quibus verum crescit Rheum, ut id vero conquirant, Sinenses magnas pascunt Simias, ac præterea verum Rheum in suis habent hortis, & in vallibus prope urbes, forma omnino conveniens cum illo, quod in montibus crescit, atque unde primo deductum fuit, hoc docent mansuetas Simias effodere, ac quomodo id depurare debent, ac fissâ Rottangâ perforare, & corporibus suis adpendere, dein hæc Simias ad feroces istos montes mittunt, talibus Rottangis ipsarum corporibus adpensis, quæ ob velocitatem infidias & insultus ferarum facile possunt evitare.

Illæ, quum verum ibi inveniunt Rheum, quod antea bene edoctæ sunt, mox solitum peragunt opus effodiendi, depurandi, Rottangis istis perforandi, quodque instar Rosariorum corporibus adpendent, quodque tamdiu peragunt, donec cunctæ Rottangæ sunt completæ, tumque præda onusta ad suos redeunt magistros, qui hoc indigenis vendunt Sinensibus, alterumque in hortis cultum & excretum peregrinis, quodque simili modo perforant, ac formant, ita ut vix a vero

AGT EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Amboinsche Muize-oor.

Dit Kruidken wast met eittelyke regte steelen op, uit eene wortel, een span of een voet hoog, zonder zyde-takken, daar aan staan de blaadjes enkeld, meest opwaarts gekeert, klein, scharps een duim lang, een sesdepart breed, met digte gryze hairtjes bekleedt, gelyk ook de steelen, zoo dat het gebeele gewas bairagtig is, dog aan de steelen zyn ze langer, gelyk in Europa de *Pilosella*, of *Muizen-oor*.

Uit den schoot der bovenste blaadjes komt een dun steeltje voort, dragende een enkeld klein bloempje, scharpsende van een blad gemaakt te zyn, uitgebreid en ligt-blaauw. De wortel is dun gedraait, en vol vazeligen.

De tweede zoorte hier van is de witte, van de voorgaande niets verschillende dan dat ze hooger opschiet, en de blaadjes wat groeter heeft, ook met digte hairtjes bezet, maar de bloempjes zyn wit, en van het zelve fatsoen.

Naam. In het Latyn *Pilosella Amboinica*, alzo tot memorie genoemt, om dat het by de Inlanders onbekent is, en ik het wegens zyne mooje gedaante niet hebbe willen voor by gaan.

Plaats. Het wast op kale beuvelen rondom het Casteel *Victoria*, daar een harde, magere, en steenige grond is, winderig en wel ter zonne staat, ook weinig andere ruigten groeit, het laat zig wel in de boven verplanten, maar wil geen zaad voort-brengen.

Gebruik. Daar van is nog niet bekend.

N. B. Van dit plantje heb ik geen Figuur by onzen Auteurs gevonden.

NEGEN EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

Aantekening op de Rhabarber.

Den Leezer zal alhier geen beschryving van de plantte, die het Rhabarbar geeft, verwagten, terwyl de zelve in Amboina, en misschien in gants Oostindien onbekent is, alleenlyk vind ik goed hier by te zetten, het geene ik uit het relaas der Chinezen van de Rhabarbar geleert hebbe, te weten van die in China wast, want hier zal gezegt werden, dat ze op weele plaatzen van 't Noorder Asia gevonden werd.

De Chinezen Rhabarbar dan werd by hun lieden genaamt *Tay-hông*, by Pater Martinus, in zyn Chinezen Atlas pag. 44. *Tay-hoang*, en is tweederlei, ten eersten de opregte Berg-Rhabarbar blyft in China, en werd niet uitgevoert, en ten tweeden de gemeene, die in de laagte wast, en die ze in bunne booven aankweeken, en aan de vreemdelingen verkoopen.

De eerste werd op de volgende manier verkreegen. De Provintie *Suchuen*, in 't gemeen *Tschuan* genaamt, is is een bergagtige Provintie, niet alleen van akelige en ontoegankelyke bergen en vreeszelyke wildernissen, maar ook daar en boven bezet met Serpentes, Tygers, en alle schadelijke Dieren, zoo dat de menschen op die bergen niet kunnen komen, op dewelke de regte Rhabarbar wast, om dezelve nu te krygen, voeden de Chinezen groote Apen op, en hebben daar en boven het regte Rhabarbar ook in hunne tuinen, en in de leegten by de Steden van gedaante gants gelyk, 't geene op de bergen wast, en waar van daan het eerst gebragt is, dit leeren ze de tam gemaakte Apen uitgraven, en hoe ze dezelve zullen schoon maken, met een gespleete Rottang doorbooren, en om het lyf hangen, daar na laten ze de Apen na dat woeste gebergte lopen, met zulke Rottangen om 't lyf behangen, dewelke wegens bunne raddigheid de lagen en het bespringen van de wilde dieren ligt kunnen ontgaan.

Deze dan vindende het regte Rhabarber in 't gebergte, dat ze van te vooren wel kennen, vallen straks aan hun gewoonlyk werk van uitgraven, schoon maken, met Rottangs te doorbooren, en als Paternosters om het lyf te hangen, zoo lange vroetende tot alle bunne Rottangs vol zyn, als dan komen ze met bunne buit beladen weder by hunne meesters, dewelke dit aan de naturele Chinezen verkoopen, en het ander, dat in de tuinen gebavent en geplant werd aan de vreemdelingen, het zelve op gelyke manier